est quando per sincopam prolata. ut potus pro potatus. cretus per ext.
Dictus pro dictatus. saucius pro sauciatus. truncus pro truncatus. lassus pro
lassatus. Tonitrus quoque et cornus quando sunt masculina notantur quod
quartae sunt. Nam plerumque neutra inveniuntur hoc tonitru hoc cornu.
De quibus supra quoque docuimus. Quomodo autem quaedam quartae declinati
onis nomina etiam secundae regulam protulisse superius uetustissimos
ostendimus. sic ex contrario quae debuerunt secundae esse. quasi
quartae est quando declinauerunt. ut hic sibilus huius sibilus. uadus uulgus fretus. Sisenna in xii. historiarum. per cul sibilus significa psibilos
re consuli coepit. Excipitur etiam lepus leporis quod solum in us correptam
desinens masculinum tertiae declinationis inuenitur. Nam uetus ueteris
commune est trium generum. et ligus quoque liguris commune. Salustius
iiii. historiarum. sed ipsi ferunt taurum ex grege quem prope littora
716. regebat corsa nomine ligus mulier. Inuenitur tamen etiam in ur desinens
ligur. ut Lucanus in i. et nunc tonse ligur quondam per colla decora de
core crinibus effusis toti praelatum. Quam uis uetus etiam analogia exigit
ut bene sit dictum. Accius in Hecuba ueter satori [illegible]
serat prouectus. Quod capro quoque prudentissime uidetur cum compara
tiuus uetérior. et superlatiuus ueterrimus. ueter desiderent positiuum.
Cato in i. originum. antemnantia uetérior est quam roma. Plautus in Ba
chidibus. senem tibi dedo illum ueteriorem lapide ut lentum reddas.
Monosyllaba quoque in us omnia cuiuscumque sint generis tertiae sunt de
clinationis. quae et producuntur. Est autem masculinum unum a graecis sump
tum. μῦς. hic mus muris. quod per obliquos casus producit u. muris muri.
Ideoque assumpsit r. quia non poterat u uocalis paenultima produci
uocali altera consequente. Itaque in nominibus monosyllabis u longa est
per omnes casus. et similis declinatio supradicti nominis. ut mus
muris. plus pluris. ius iuris. tus turis. crus cruris. Exceptis grus Grus
et sus. Quae sola in monosyllabis communia inueniuntur et in nominatiuo